



# EPISTO

LA NVNCVPATO  
ria ad Carolum Casarē.

Exhortatio ad studium Euangeli  
caē lectionis. *Catechē*

Paraphrasis in Euangelium Mat  
thæi, per D. Erasmiū Rote. nūc  
primum nata, & ædita. *Allegor*

Epistola ad R. D. Matthæum  
Cardinalem Sedun.  
Cum privilegio.



REVERENDISSIMO IN CHRISTO

Patri ac Illustriss. principi. D. Alfonso de

Fonseca Archiepiscopo Toletano,

ac Hispaniarū primati; Mi-

chael Egua Typo-

graphus. S.



ARAPHRASES ERASMI

in Euangeliā modo à nobis excusas  
R. D. T. offero: quā ea sit, quę pietati  
Euangelicę prospiciat, & ipsi Erasmo  
non mediocriter faueat. quod ex fre-  
quenti libellorū eius lectione satis cōstat, itē eo quod  
imperatore Carolo nuper ad Hispaniā Erasmi inui-  
tante, R. D. T. sponte amplā illi cōditionē, si huc ve-  
nisset, pollicebatur. Nimirū illius tantī viri desyderio:  
qui etsi in reliquis operib⁹ suā in omni fermē literarū  
præcipue bonarū genere multiplicē ac prorsus admi-  
randā eruditionē ostēdit, in his tamē Paraphr. Theor-  
logū verū & eximīū adeo se mōstrauit, vt si quis etiā  
cū veterib⁹ illis, quos hic totos expressit, cum cōpo-  
riat, sub æquo iudice inter primos cēseat collocādis.  
In quib⁹ & ipsi quoq; Momo abūde satisfecit. Quā  
igitur intelligerē, hæc adeo grata R. D. T. futura, dedi  
operā, vt è nōis prælis castigatissima pdirēt. quo fiet,  
vt hac etiā causa multi ex literis Euangelicis quę exo-  
ptauerūt fructū colligāt. Valeat foelix illustriss. D. T.



CAROLVS DIVINA CLEMENTIA 3  
Electus Romanorum imperator, semper Augustus,  
Hispaniæ, vtriusq; Siciliæ &c. Rex, Archidux Austriæ,  
Dux Burgundiæ &c.



HONORABILIS, FIDELIS DI  
lecte. Plurimum nos delectavit Paraphrasis  
tua in Euangelium dñi Matthæi nup̄ ædita:  
non tã quia nomini n̄ro dicata est, quã qđ  
grauitũ doctorũq; virorũ iudicio magnope  
re laudat̄: eo maxime noie, qđ insigni qua  
dã eruditione Euãgelicæ doctrinæ puritatẽ exprimẽs: nõ pa  
rũ utilitatis sacre Theologiæ studiosis, ac vniuersæ Christia  
næ religioni sit allatura. Nã cũ in reliqs studiorũ tuorũ monu  
mẽtis, vbicq; celebratis, magnã laudẽ merearis: nullã tamẽ ple  
niorẽ, vbertiorẽq; quã ex istis tuis Paraphrasib⁹ tulisse crede  
ris. Agnoscim⁹ autẽ priuatim multas & excellẽtes ingenii tui  
dotes, partim illustriss. memoriæ regi patri n̄ro, partim nobis  
rep̄sentatas. Nã & illi panegyricũ, & nobis institutionẽ boni  
& Christiani principis exhibuisti: nõ tantũ in splẽdorẽ nois  
n̄ri, sed etiã ad utilitatẽ posterorũ. Ergo interesse dignitatis n̄rę  
arbitramur p̄ occasiones oẽm tibi gratitudinẽ ostẽdere, intelli  
gẽtes nimirũ magnã ingeniorũ foelicitatẽ hanc esse, vt suarũ  
virtutũ amatẽ principẽ experiant̄. Interea piis conatib⁹, & p̄  
posito isti tuo tã recto & vtili modis oib⁹ fauebim⁹, fouebis  
musq; quicqđ in Christi honorẽ & christianorũ salutẽ abs te  
factũ audiem⁹. Datũ Bruxellæ, prima April. M.D.XXII.

Charles.

G. Murillonus.



INVICTISSIMO CAESARI  
 CAROLO, eius nominis quinquiesimo,  
 D. ERASMO ROTTERODAMO  
 MVS.  
 S.D.



AVD QVAQVAM  
 ignarus CAROLE  
 CAESAR invictissime,  
 quanta religio, quantaque  
 reuerentia debeatur, quā  
 omnibus sacris literis,  
 quas nobis sancti patres  
 diuini numinis afflatu  
 prodiderunt: tum præ-  
 cipue his, quæ nobis bo-  
 na fide referunt, quæ pater ille cœlestis ad totius or-  
 bis salutem per filium suum Iesum, vel gessit, vel pro-  
 loquutus est: simulque conscus indignitatis propriæ,  
 quum ante annos aliquot primum ad molirer manū  
 Epistolis Paulinis, Paraphrasi explanandis (nam id  
 mihi tum vltro suggestit impetus animi) videbar mi-  
 hi facinus aggredi vehemēter audax, & improbū, ac  
 periculosa, quod aiunt, alex: adeo vt posteaque in vno  
 alteroue capite fecissem opis periculū, plane cōtractis  
 velis



IN EVANGELIUM MAT  
THAEI PARAPHRASIS,  
PER ERASMV M RO  
TERODAMVM.



**I** MORTALES TAM  
ardentibus studiis amplectun-  
tur librum humana proditū  
industria, qui vel tuendæ sar-  
ciendæve valetudinis rationē,  
vel augēdæ rei familiaris viā,  
vel aliam aliquam disciplinā  
ad terrena modo cōmoda cō-  
ducibilem pollicetur, quanto flagrantioribus studiis  
hic liber est ab omnibus excipiendus, cuius vtilitas  
ex æquo pertinet ad omnes, nec humana comoda,  
moxq; peritura promittit. Sed coelestem philosophiā  
a coelesti doctore Iesu Christo mortalium generi tra-  
ditam docet, & huius admirabile præmium pollice-  
tur: non opes, non regnum, non voluptates, sed verā  
atq; æternam foelicitatem, atq; ad hanc expeditam ac  
facilem omnibus viam cōmonstrat, & autorem indi-  
cat, per quem nulli non est parata salus, extra quem  
nulli est sperāda salus. Quis autem est hominū quem  
non excitet tantī boni certa spes: quantumvis barba

bo nigrum . Quoniam autem omnia deo conditori  
 sacra sunt, religiosum esse debet per vllā omnino rem  
 deferare. Quid autem opus est vllō iurando inter  
 eos , inter quos nec pro sua simplicitate diffidat quis  
 quam, nec pro sua sinceritate fallere cupiat quisquā,  
 etiam si liceat impune, præsertim in rebus his, quarū  
 contemptum profitentur . Inter vos igitur sanctior,  
 ac firmior esse debet sermo simplex, quā apud Iu-  
 deos quālibet religiosum iusurandū. Apud vos enim  
 apud quos nihil esse debet in labiis quod diffideat ab  
 animo, non est alius vsus sermonis, nisi vt mutuo si-  
 bi significant homines , quod animo sentiunt . ~~hic  
 est sermo iurandi, cuius est iusurandum, et  
 oportet sermone iurandi, quod si pro iuramento  
 obstringeretur, et si iuramentum iurandi iurandi  
 non sunt iuramenta, non obstringeretur, et si iuramentum  
 quod non obstringeretur, et si iuramentum iurandi  
 non obstringeretur, et si iuramentum iurandi  
 obstringeretur, et si iuramentum iurandi  
 per iuramentum iurandi, et si iuramentum iurandi  
 iuramentum iurandi.~~ Quod si quid his accesserit,  
 ex vitio accesserit oportet. Aut enim parum bene sen-  
 tit, qui iurat, de eo cui iurat: aut diffidit is qui iusuran-  
 dū exigit. At neutrum cōpetit in vos, quos omnib⁹ mo-  
 dis pfectos esse volo. ~~hic est sermo iurandi, cuius est iusurandum, et  
 oportet sermone iurandi, quod si pro iuramento  
 obstringeretur, et si iuramentum iurandi iurandi  
 non sunt iuramenta, non obstringeretur, et si iuramentum  
 quod non obstringeretur, et si iuramentum iurandi  
 non obstringeretur, et si iuramentum iurandi  
 obstringeretur, et si iuramentum iurandi  
 per iuramentum iurandi, et si iuramentum iurandi  
 iuramentum iurandi.~~ nō  
 abrogo legē, q̄ vetat perjurium, sed legē reddo plentior

nones, à qb? semp abhorruit: voluptates multo min?,  
 q̄ nec ætatē hāc deceāt, si libeat frui, & breui mihi sciā  
 esse relinquēdas. Illud mihi poti? studio est, cōmeatū  
 aliquē parare, quò instruct? hinc feliciter emigrē ad  
 Christū, cui nra defudāt studia. Vtinā pariter succedat  
 hic conat? noster ac successit in ep̄līs ap̄licis. Iam enī  
 passim terūtur manib? etiā laicorū. Atq; vtinā p̄ istas  
 negociorū pcellas, amplitudinī tuæ liceat hoc agere,  
 qđ solū erat agēdū. Et tamē quātū licet scio te fauere  
 negotio Christi, p̄inde nō dubito, qn faueas & Eras  
 mo. Op? dicaim? optimo principi Carolo, partim  
 qđ diuinarē, vt est pietate singulari, hoc illi? maiestati  
 fore gratissimū, ptim vt tam fauorabili titulo plurimū  
 animis cōmēdaret. De Leone nro coept? est hic spar  
 gi rumor, quē magnopere cupiā esse vanū. Nihil illi?  
 ingenio mihi?, vnice faueat honestis literis. In me pe  
 culiari quodā animi fauore p̄pensus erat, sed mortalis  
 erat. Si visum est deo pastorē suū ad solidiorē felicita  
 tem euocare, precor, vt nobis cōtingat aliqs tui simil  
 lim?: si qs tamē tui similior esse potest, q̄s es ipse tui.  
 R.D.T. dñi florētē & incolumē seruet dñs Iesus. Bas  
 leæ postridie Idus Decēbris. Anno. M.D.XXI.

Complutī in Aedibus Michaelis de  
 Egua. Anno. M.D.XXV.  
 pridie Calendas Iulii.